



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

iiij De condit[i]one [et] qualitate ministrantis

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Capitulum

- Sol.** Sic. potiori ratione q̄ vestes speciales. p̄pter corpus & sanguinē christi. vt decenter & reuerenter ibi possint collocari.
- Dubiū** **ij** **Sol.** Quot & que sunt huiusmodi vasa.
- iiij** **Sol.** Talia vasa sunt duo. scilicet calix & patena que necessarie requiruntur ad missę celebratōnem.
- iii** **Sol.** De qua materia debeant esse ista vasa.
- Sol.** Hec vasa debent esse de auro vel argento nisi paupertas obstet. In quo casu sufficit q̄ sint de stanno
- iiij** **Sol.** Utrum requiratur q̄ talia vasa sint consecrata
- Sol.** Sic. fortiori rōne q̄ vestes p̄pter causam superius expressam.
- Arti. iij.** **R**esoluit octo dubia occurrentia circa circumstantias & alia exteriora requisita in missę celebratione
- I** **U**trum liceat alicui sine libro missali celebrare.
- Sol.** Non licet alicui. etiam si omnia memoriter sciret. Sed debet habere librum in quo ad minus missa dicenda cum canone continetur. & hoc propter periculum erroris quod ex obliuione vel distractione contingere possit
- ij** **U**trum liceat alicui sine igne & sine lumine candelę celebrare
- Sol.** Non licet. in lege em̄ scriptum est. Ignis in altari meo semp ar̄ debet. quod in celebratione huius sacramenti maxime obseruandum est vbi ille immolatur tractatur & sumitur qui est candor lācis eterne. & qui venit ignem mittere in terram &c.
- iiij** **U**trum sacerdos solus nullo p̄nte licite possit celebrare missam.
- Sol.** Nullo modo licet. sed ad minus vnus debet esse presens. qui sacerdoti celebranti ministrat. & in personā ecclesie vel totius populi sacerdoti respondeat
- Dubiū** **iiij** **Q**uius conditionis & qualitat̄s debeat esse ministrans
- Sol.** Ministrans debet esse masculus & clericus. aut saltem sciens ministrare & respondere celebranti. Et si fuerint plures ministrantes debent etiam esse huiusmodi conditionis. vt notatur in capi. hoc quoq̄ de ple. dist. ij. & in glosa ibidem. vnde patet q̄ nulli femine (etiā si sanctimonialis fuerit) licitū ē ad missam ministrare.
- v** **Q**uid si ministrans aliqua causa vel occasione recedat de altari dimittendo celebrantē solum. reuersus t̄m. vtrū celebrans debeat p̄cedere in missa. vel cessare donec ministrans redierit
- Sol.** Procedere debet quousq̄ aliquid occurrat in quo indigeat ministerio administrantis
- vi** **Q**uid si ministrans recedens non reuertatur
- Sol.** Sacerdos celebrans necessitate cōpulsus vicem administrantis suppleat respondendo & ministrando sibi ipsi. vel alium vocet.
- vij** **Q**uid de sacerdote incluso vel heremita & solitario. an sc̄z solus celebrare possit
- Sol.** Si ei nō suffraget copia ministrantis solus celebrare potest. al̄s aut nō. vt notatur in glo. circa solutōnem quarti dubij allegata.